

VIII.
rdine super
oductionem
motus enim
in eadē corp
m sint ejus
ionem cum
um remota
mē; remota
ia illi mot
tum à pecc
tamen, ut
sanctifican
& spem in
& recedere
occam ha
ia, Ergo hi
sanctifican
ad gratiam
ia per illos
opus aut
um in mo
rem dicit
in pecc

dem lob
na & actus
subiecto
m in ani

omum, de
est in eo
e subiecti
co aut in es
ubi form
saria, ob
posito

DE REQUISITIS AD JUSTIFICATIONEM. 719
positiones verò veluti accidentia subjectantur in toto
composito.

DISPUTATIO XXIX.

De Merito.

Quia homo adultus propriis actibus æternam glo
riam acquirere debet exhibendo Deo opera mo
ralem à gratiâ sanctificante valorem habentia, quæ vo
cantur merita, sicut econtra mala opera ob condigni
tatem pœnæ, quam adferunt peccanti vocantur de
merita; pro coronide nunc de merito agendum.

QUÆSTIO I.

An aliquis possit mereri & quidem sine gratiâ?

Suppono 1. Esse certum de fide; hominem per sua
opera aliquid apud Deum mereri posse, ut constat
ex script. Sap. 5. v. 16. *Apud Dominum est merces
eorum & 10. v. 17. Reddidit justis mercedem laborum
suorum & ut definivit Trid. sess. 6. Can. 32. Si quis
dixerit; hominis justificati bona opera ita esse dona Dei,
ut non sint etiam bona ipsius justificati merita; aut ip
sum justificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gra
tiam & Jesu Christi meritum, cujus vivum membrum
est, sunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam
æternam, & ipsius vitæ æternæ, si tamen in gratiâ de
cesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmen
tum; anathema sit: ut conclusum igitur supponitur
hominem mereri posse; at videndum quomodo.*

*Suppono 2. Meritum in communi significat opus vel
actum aliquem, cui vel ex congruentiâ vel etiam ex
justitiâ debetur aliquod præmium; meritum dividitur in
meritum de condigno & meritum de congruo; meri
tum de condigno est opus, cui propter suam dignita
tem & valorem, quem habet secundum moralem
æstimationem, merces & præmium ex justitia debetur.*

Meri-

Meritum de congruo est opus, cui quamvis ex iustitia non debeat merces, decet tamen alterius benignitatem & liberalitatem illud remunerari aliquo præmio & munere; quâ ratione dici potest, quod pauper suis precibus mereatur à divite Eleemosynam.

Suppono 3. Ad opus meritorium de condigno æternæ gloriæ, de quo merito præsens Disputatio procedit, requirunt Theologi sequentes condiciones.

Primo debet esse actio positiva, quia meritum juxta D. Ang. hic Q. 71. a. 5. ad 1. Non potest esse nisi aliquis faciat voluntariè quod debet, cujus ratio est: quod Corona non sit promissa nisi legitimè certantibus. 2. ad Timot 2. Ideoque qui omittit purè peccare, quamvis habeat omissionem non malam & liberam in sententia probabili, non tamen meretur nisi intercurret actus positivus, per quem ob motivum alicujus virtutis velit omittere transgressionem præcepti. Sic qui tentatus tentatione gravi ex amore Dei omittit transgredi præceptum, absque dubio meretur, dum vel formaliter vel virtualiter elicit actum charitatis, ex quo movetur omittere transgressionem præcepti.

Secundò ad meritum requiritur, ut actio sit libera: actus enim meritorius est essentialiter actus humanus, quem homo ex motivo virtutis elicit, eò, quod rationabiliter moveatur ut faciat opus præceptum; atqui libertas contradictionis est ad minus necessaria ad omnem actum humanum, quo facit illud 1. ad Cor. 9. *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo & Eccles. 31. qui potuit transgredi & non est transgressus, facere mala & non fecit, ideò stabilita sunt bona ipsius in Domino.* Damnata est etiam in Jansenio propositio 3tia: *ad merendum & demerendum in statu nature lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate sed sufficit libertas à coactione*; ex hoc capite actus Beatorum necessarii: ut amor beatificus non possunt esse meritorii. Ter-

Tertiò actus formaliter meritorius vitæ æternæ debet esse supernaturalis entitativè : quia ad meritum vitæ æternæ requiritur proportio ex parte operis meritorii & ex parte præmii, inter quæ debet esse ad minus proportionalis æqualitas ; atqui ex parte operis entitativè naturalis nulla est proportio intrinseca ad vitam æternam : cum præmium sit ordinis superioris, videl. ordinis supernaturalis & actio intrinsecè naturalis sit ordinis inferioris, videl. naturalis.

Quartò opus meritorium debet esse ab homine viatore: quia ut inquit Christus Joan. 6. *Venit nox scil. tempus mortis, quando nemo potest operari* nempe meritoriè ad Gal. 6. v. 10. *dum tempus habemus, operemur bonum.* Eccles. 1. v. 3. *Si ceciderit ligad austrum aut ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit ibi erit.* Quod exponunt SS. Patres de statu alterius vitæ, in quo per meritum se se ab uno ad aliud homo movere non poterit, ut enim ait S. Th. 1. p. Q. 62. A. 9. ad 1. *mereri est ejus, quod movetur ad finem* qui autem jam est in fine, & extrâ statum viatoris, non amplius tendit ad finem : cum divina providentia ità disposuerit, ut quamdiu creatura rationalis est in viâ mereri & demereri possit, postea verò nec meritum nec demeritum sed solum pœna & præmium locum habet.

Quintò opus meritorium debet esse ab aliquo justo in gratiâ constituto juxtâ illud Joannis 15. *sicut palme non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis,* ratio est : quia omne meritum præmii supernaturalis fundatur in amicitia Dei ; cum opera inimici non possint placere Deo : *quia victima impiorum abominabiles Domino* Prov. 15. v. 8. ut enim aliquis actus sit de condigno meritorius vitæ æternæ, debet respectu

pectu illius habere dignitatem, sed nisi procedat ab homine in gratiâ constituto, non habet respectu illius dignitatem: quia ut habeat dignitatem, debet procedere à personâ, quæ sit digna præmio: cum operatio dignitatem respectu præmii trahat à suo principio operante; atqui nisi procedat ab homine constituto in gratiâ, non procedit à personâ dignâ hoc præmio: eò quod seclusâ gratiâ homo nullam habeat proportionem nullumque jus ad æternam vitam.

Sextò ad opus meritorium requiritur quod sit exhibitum in obsequium præmiantis, quia ut actus sit meritorius debet respicere determinatam personam, à quâ expectet præmium: cum actui meritorio non possit fieri retributio nisi à personâ determinatâ; atqui nisi fiat in obsequium præmiantis, non potest respicere determinatam personam, à quâ præmium expectet, ad quam sit directum opus, quæ directio fit hoc ipso, quod opus fiat in obsequium præmiantis.

Septimò ad actum meritorium requiritur divina ordinatio bonorum operum ad præmium videlicet: ut opus aliquod sit condignè meritorium vitæ æternæ, necessariò requiritur ex parte Dei quædam ordinatio de reddendâ vitâ æternâ pro tali opere, quâ ordinatione seclusâ opus non habet rationem meriti de condigno. Ratio est: quia meritum apud Deum de condigno formaliter dicit vim efficacem moraliter movendi Deum ad infallibiliter largiendum præmium; atqui respectu Dei non potest dari talis vis moraliter motiva ad præmium absque præviâ ordinatione Dei destinantis opus ad tale præmium: quia opera aliis titulis debita non habent vim movendi infallibiliter ad consequendum præmium, nisi præsuppositâ præmiantis ordinatione; atqui

opera

opera nostra sunt infinitis titulis Deo debita : ut titulo creationis , titulo supremi dominii , titulo gratitudinis , ergo seclusâ Dei ordinatione opera nostra nullam habent efficaciam ad movendum Deum , ut infallibiliter nobis largiatur præmium vitæ æternæ : quamvis enim opera iustorum supernaturalia ex se sufficientem habeant proportionem & condignitatem cum vitâ æternâ seclusâ Dei ordinatione , ut tamen de facto moveant Deum ad remunerandum præmio æternæ beatitudinis , requiritur ordinatio divina velut conditio completa operis meritorii in esse meritorii.

DICO. 1. homo , in quantum propriâ voluntate facit illud , quod debet , meretur S. Th. hic Q. 114. A. 1. ad 1.

Conclusio probata manet ex iam dictis.

Obj. Qui meretur à Deo , opus aliquod Deo utile præstare deberet , ad quod compensandum ordinatur præmium , quod esse non potest ; deinde Deus nequit esse homini debitor , quia esse debitorem dicit dependentiam , à quo autem homo meretur , is constituitur hominis debitor.

R. ad 1. Nulla utilitas intrinseca Deo per opera meritoria advenit , sed tantum extrinseca manifestatio videlicet divinæ gloriæ ob quam Deus opera bona præmiare vult. Ad 2. esse debitorem homini tanquam fundamento & radici unde obligatio oritur dicit dependentiam Deo repugnantem Con. sic Deus non homini sed sibi ipsi est debitor virtualiter , in quantum debitum est ut Dei ordinatio impleatur , tanquam termino , ad quem illud debitum ordinatur N.

DICO. 2. Nulla natura creata est sufficiens principium actus meritorii vitæ æternæ nisi superaddatur ali-

quod supernaturale donum, quod gratia dicitur S. Th. hic. Q. 114. A. 2. O.

Probatur conclusio: actus meritorius vitæ æternæ debet esse secundum ante dicta entitativè supernaturalis; atqui nulla creatura sine dono supernaturali gratiæ est capax elicere actum supernaturalem: cum actus supernaturalis excedat omnes vires creaturæ rationalis; ideò ut eliciatur actus supernaturalis, requiritur donum gratiæ supernaturalis, per quam elevetur potentia ad eliciendum actum suas vires simpliciter excedentem.

Obj. 1. Licet intellectus per solas naturæ vires tantum videat Deum actualiter abstractivè ut ultimum finem naturalem, attamen elevatus per lumen gloriæ potest illum videre intuitivè ut ultimum finem supernaturalem; ergo etiam actus naturalis honestus licet in se non valeat nisi ad præmium naturale: attamen potest elevari à gratiâ habituali hominis justi ad supernaturale præmium absque principio proximo naturali, à quo eliciatur.

R. N. conseq. disparitas est: quia lumen gloriæ reddit intellectum proportionatum visioni beatificæ in suo genere nempe perficiendo potentiam, ut possit elicere visionem beatam; at verò gratia habitualis, licet reddat subjectum proportionatum præmio, non tamen actum naturalem, in quem non influit, facit meritorium sed ille manet semper in suâ honestate purè naturali quæ non sufficit, ut Deum permoveat ad præmium supernaturale.

Obj. 2. Actus supernaturalis finitus elevatus à dignitate personali Christi proportionatus est ad meritum infinitum, quamvis actus entitativè finitus nullam proportionem habeat ad præmium infinitum; ergo etiam honestas naturalis actus à gratiâ sanctificante elevari potest ad promerendum præmium
super

D
supernaturale abiq
nali,
R. N. conseq.
in naturali infini
oes sunt supposito
num dat cuilibet ad
3. P. Disp. VII.
quamvis reddat sol
non tamen influit i
naturalis manet in
præmium superna
Obj. 3. non re
quia imprimis Chr
et latere ejus mort
erunt præcium rec
sim SS. PP. sign
Deinde beati in p
merentur: quia ac
num anima in gra
finum actum char
purgatur à culpâ vi
ergo etiam post ha
R. Quod apert
tere Christi mortu
et ratione sui mer
suz causæ volent
quatenus (cil. Sal
et liberè mortem
recipiendum & f
obolit in præcium
cum aquâ, quæ
fuit symbolum pe
pænis, quatenus ju
charitatis est.
nihil nobis pre

supernaturale absque principio proximo supernaturali.

R. N. conseq. quia in omni actione Christi etiam naturali influit suppositum divinum; quia actiones sunt suppositorum, ideoque suppositum divinum dat cuilibet actui dignitatem infinitam, de quo 3. P. Disp. VII. Q. 2. gratia verò habitualis quamvis reddat subjectum proportionatum præmio non tamen influit in omnes actiones ideoque actio naturalis manet in suâ honestate naturali, quæ ad præmium supernaturale movere nequit.

Obj. 3. non requiritur ad meritum status viæ: quia imprimis Christus Dominus fuit meritus, dum ex latere ejus mortui fluxit sanguis & aqua, quæ fuerunt pretium redemptionis nostræ, & juxtâ sensum SS. PP. significabant Sacramenta legis novæ. Deinde beati in patriâ suis orationibus nobis plura merentur: quia ad hoc ab Ecclesiâ invocantur. Demum anima in gratiâ exiens ex hac vitâ in ferventissimum actum charitatis prorumpit, quo mediante purgatur à culpâ veniali, si cum illa è vivis discedat; ergo etiam post hanc vitam est locus merito.

R. Quod apertio lateris & effusio sanguinis ex latere Christi mortui non fuerit formaliter id est in se & ratione sui meritoria, sed causaliter id est ratione suæ causæ volentis & acceptantis, & objectivè, quatenus scil. Salvator noster pendens vivus in cruce liberè mortem acceptavit & vulnus post mortem recipiendum & sanguinem pro nobis effundendum obtulit in pretium redemptionis nostræ, ac sanguis cum aquâ, quæ post mortem è sacro latere effluxit, fuit symbolum præcipuorum Sacramentorum novæ legis, quatenus justificamur aquâ baptismi & sanguis Eucharistia est. *Ad secundum* Dicitur Beatos in cælis nihil nobis promereri; sed ex merito hujus vitæ

habent hoc privilegium, quod possint impetrare in patriâ ea, quæ pro nobis à Deo postulaverint. Denique anima cum solo veniali discedens, quamprimum è corpore egressa intelligit suum statum & peccata, per quæ purgatorium est merita, mox prurumpit in perfectissimum actum charitatis, quo à culpâ veniali liberatur, non tamen ille actus charitatis est meritorius, sed per modum dispositionis & formæ impossibilis cum peccato tollit culpam peccati venialis; quia tamen non est meritorius neque satisfactorius, non remittitur ulla pœna, sed hæc subeunda est in flammis purgantibus, attamen anima sustinens hanc pœnam potius dicitur pro peccatis satis pati, quam satisfacere.

Obj. ult. Ad demeritum non requiritur aliqua ordinatio ad pœnam: nam qui peccat mortaliter absque ullâ ordinatione incurrit reatum culpæ, & consequenter etiam reatum pœnæ; ergo nec ad meritum requiritur specialis ordinatio: cum opus bonum factum à iusto ex gratiâ præcisâ omni ordinatione habeat condignitatem ad præmium, sicut opus malum habet condignitatem ad pœnam.

R. N. conseq. disparitas est: eo ipso quo aliquis peccat mortaliter, lædit jus divinum, & ex hoc incurrit debitum ad pœnam; at licet quis operetur benè, ex hoc tamen non acquirit ullum jus ad præmium sine ordinatione divinâ: quia omne opus bonum à nobis Deo exhibitum eidem pluribus aliis titulis est debitum, ideoque nisi accedat aliqua ordinatio divina, præmium non datur; hæc ordinatio autem potest esse vel explicita vel implicita, explicita est, quâ Deus expressè sæpius promisit in Scripturâ pro bonis operibus dare vitam æternam; ordinatio tacita & implicita est inclusa in ipsâ collatione gratiæ sanctificantis; cum enim gratia sancti-

ficans

ficans, per quam homo fit consors naturæ divinæ, adoptatur in filium Dei, & jus acquirit ad hæreditatem cælestem; ex se ordinetur ad gloriam velut semen ad fructum, ideo cum Deus confert gratiam sanctificantem in ratione principii merendi, eo ipso quasi implicite censetur pacisci de concedendâ vitâ æternâ pro operibus ex gratia factis,

Q U Æ S T O II.

An homo in gratiâ constitutus possit de condigno mereri vitam æternam?

SUprâ explicavimus differentiam inter meritum de condigno & de congruo, quod meritum de condigno habeat condignitatem cum præmio, meritum verò de congruo nullam habet condignitatem ex parte operis, sed solum aliquam condignitatem ex parte operantis, quatenus congruum est ut Deus homini amico aliquod donum largiatur.

DICO. *Opus meritorium . . . secundum quod procedit ex gratia Spiritus Sancti, sic est meritorium vite æternæ ex condigno S. Th. hic. Q. 114. A. 3. O.*

Explicatur & probatur conclusio: distinguendo opus iusti: si consideretur secundum substantiam operis & secundum quod procedit ex libero arbitrio non potest esse meritorium vitæ æternæ de condigno; quia non est meritum de condigno vitæ æternæ, nisi opus habeat aliquam æqualitatem & condignitatem ad præmium merendum; at si opus hominis iusti consideretur secundum quod à gratiâ Spiritus Sancti moventis & inhabitantis procedit, sic est meritorium de condigno vitæ æternæ; ratio est primò: quia hoc modo valor meriti attenditur secundum virtutem Spiritus Sancti moventis iustum in vitam æternam, ac insuper 2dò pretium operis attenditur secundum dignitatem gratiæ, atqui iste valor est æqua-

lis vitæ æternæ : cum gratia Spiritus Sancti sit instar seminis, quod quamvis non sit æquale alteri quantum ad modum, est tamen æquale virtute ; ergo iustorum opera, secundum quod ex gratiâ procedunt, habent æqualitatem virtutis ad vitam æternam ; ideoque simpliciter & absolutè dicendum : quod homo in gratiâ constitutus possit mereri vitam æternam de condigno, & quod ea bona, quæ per gratiam Dei facit, sint reverà de condigno meritoria vitæ æternæ, ut desumitur ex Trid. Sess. 6. de justif. Can. 32. ubi damnatur : qui dixerit hominis justificati opera ità esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati merita ; aut ipsum justificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam & Jesu Christi meritum, cujus vivum membrum est, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ & vitam æternam.

Obj. 1. Vita æterna datur ex misericordiâ Dei, ut canit Psalmista Ps. 102. v. 4. *qui coronat te in misericordiâ & miserationibus.* Et est mera gratia teste Apost. Rom. 6. v. 2. *gratia Dei vita æterna*, ergo nullus eam de condigno mereri potest.

R. Negando conseq. quia vita æterna datur ex gratiâ vel misericordiâ Dei, non ex illo capite, quod non sit merces bonorum operum, sed ex sequentibus rationibus. primò : quia opera nostra meritoria gratis & misericorditer sunt nobis à Deo data, atque ità sunt verè gratia ut testatur S. Aug. l. de grat. & lib. arbit. cap. 8. *vita bona nostra nihil aliud est, quam Dei gratia : sine dubio & vita æterna, que bona vite redditur, Dei gratia est : & ipsa enim gratis datur, quia gratis data est illa, cui datur, sed illa, cui datur, tantummodo gratia est, hac autem, que illi datur, quoniam premium ejus est, gratia est pro gratia, tanquam merces pro justitia,*

titia, ut verum sit, quoniam verum est, quia reddet unicuique Deus secundum opera eius. Secundò vita æterna est gratia: quia electis ab æterno est gratis præparata, licet ejus acquisitio non nisi ex meritis habeatur. Tertiò demum æterna beatitudo est gratia: quia gratuitò fuit promissa vita æterna tanquam merces bonorum operum promissum inquit S. Bern. ex misericordiâ sed ex justitiâ solvendum.

Obj. 2. quidquid justus fecerit, debet se reputare pro servo inutili, juxtâ monitum Christi Luc. 17. v. 10. si autem promereri posset de condigno vitam æternam non esset servus inutilis, cum opus à justo factum pro tantâ mercede certè non sit inutile.

R. Distinguendo Maj. debet se reputare pro servo inutili id est nihil boni & meritorii operante N. nihil ex se & sibi propriis viribus operante Con. justus quidquid fecerit servus est inutilis, eò quod sine adjutorio divino nihil utile facere possit, est ergo inutilis non in priori sensu, cum Apost. dicat 2. ad Timor. 2. de homine justo *erit vas in honorem sanctificatum, & utile Domino*, sed in posteriore quia ex se ipso reverà est servus inutilis, ità ut nisi divinâ gratiâ excitetur & adjuvetur nihil omnino facere possit, quod profit ad salutem juxtâ eundem Apost. 2. ad Cor. 3. v. 5. *non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est.*

Obj. 3. Qui reddit, quod debet, nihil meretur, multò minus summum & ultimum præmium; atqui homo justus quidquid facit, reddit, quod debet: quia jubetur dicere à Christo loc. cit. Luc. *quod debuimus facere, fecimus*; ergo non meretur de condigno vitam æternam.

R. Distinguendo Maj. qui reddit, quod debet

nihil meretur, si ab eo, cui debetur, ad præmium illa redditio non ordinetur Con. si ordinetur N. licet ergo justus implendo præcepta absolute debita reddat imò & omnia etiam consilii opera in Deum referre teneatur, licet nullam eisdem operibus Deus promississet mercedem & quamvis Deus tanquam supremus Dominus titulo Domini absolute exigere possit à nobis omnia quæcunque bona, non omnia exigit sed quædam jubet, alia tantum consulit, & amplectenda relinquit pro libertate arbitrii volens utraque remunerari.

Obj. 4. In merito de condigno præmium debet esse proportionatum merito; atqui vita æterna non est proportionata operibus justorum in & ex gratiâ factis; cum Apost. expressè testetur, Rom. 8. v. 18. *Non sunt condignæ passionibus hujus temporis ad futuram gloriam*; si ergo sancti sustinendo passionibus pro Christo non fecerunt aliquid condignum vitæ æternæ, multò minus id faciunt per alia opera.

R. Distinguendo: æterna gloria non est proportionata operibus justorum quoad quantitatem & durationem Con. quoad condignitatem quam habent ex gratiâ N. eodem modo adversa, quæ sustinent sancti pro Christo secundum se considerata quoad quantitatem doloris & laboris, nullam habent comparisonem cum vitæ æternæ: eò quod passionibus sint temporales & breves, gloria verò æterna quæ fuit mens Apostoli I, cit. ut colligitur ex iis quæ scribit. 2. Cor. 4. v. 17. *Id quod in presenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternæ gloria pondus operatur in nobis.*

Obj. 5. Condignum importat æqualitatem dignitatis; sed non potest actus humanus in dignitate æquari præmio vitæ æternæ, quod consistit in possessione boni infiniti, ergo nullus homo potest de condigno mereri vitam æternam.

R. Distinguendo mi. actus humanus secundum se non potest in dignitate æquare præmium vitæ æternæ. Con. informatus gratiâ adoptionis, ut fit ex motione Spiritûs Sancti N. quamvis enim talis actus non adæquet actu præmium vitæ æternæ. attamen adæquat in virtute, sicut semen quantum ad virtutem est æquale arbori, ita bona opera, quæ comparantur semini, quorum fructus & merces est vita æterna juxtâ illud Ps. 125. *Qui seminant in lachrymis in exultatione metent*; adæquant virtualiter præmium vitæ æternæ, & sicut beatitudo objectiva est infinita ita etiam objectum meriti est implicitè infinitum, sicut quoque formalis beatitudo, utpote aliquid creatum, est finita, ita etiam actus meritorius est finitus.

Obj. 6. Vita æterna est hæreditas; atqui Filiis, eo ipso quod sunt Filii, debetur hæreditas; ergo superflue ponitur; quod homines justi adulti debeant de condigno mereri vitam æternam.

R. Vita æterna respectu adultorum habet rationem utriusque & hæreditatis & mercedis; hæreditatis quidem, in quantum Filiis datur & non aliis; mercedis autem in quantum meritis bonorum operum acquiritur; est enim magis honorificum habere aliquid ex meritis, quam solo titulo donationis. His conformiter Trid. sess. 6 de justis. cap. 16 docet vitam æternam proponendam esse & tanquam gratiam Filiis Dei per Christum Jesum misericorditer promissam & tanquam mercedem ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddendam; cujus ratio ulterior est: quod Filii debeant præstare omnia à Patre præscripta, non tantum ut hæreditate non excidant, sed etiam ut eo modo consequantur hæreditatem, quo Pater eis ordinavit. Colligitur ex illo Apost. cit. Rom. 8. v. 17. *Si Filii & heredes, heredes quidem Dei Coheredes autem Christi*, ubi mox additur: *si tamen compatiemur ut & conglorificemur.* Q 1.

Q. 1. An Deus ultra condignum remuneret bona opera?

R. Sententia affirmativa est probabilior & verior videtur ex illo Luc. 6. v. 38. *Mensuram bonam & conferatam & coagitatam & supereffluentem dabunt in sinum vestrum*; cujus palmaris ratio est: divina bonitas & liberalitas, quæ tanta est, ut merito existimetur non solum reddere justis præmium, quod meruerunt, sed etiam amplius, quod nihil obest merito de condigno: quia Deus reddit mercedem juxta merita: cum nulli reddat minorem mercedem, quam sit promeritus; quod autem majorem mercedem adjiciat, est liberalitatis; sicut cum dives, qui cum operario convenit se daturum decem aureos, si solvat ei duodecim, adhuc rectè dicitur solvere secundum laborem: quia dat tantum, quantum meretur, etsi det amplius merito. Hoc autem consistit in aliquâ perfectione visionis & fruitionis beatificæ, ita nimirum, ut illa tum visio, tum fruitio quantum ad gradûs intensiorem sit futura ex Dei bonitate & liberalitate major, quam sit debita ex justitiâ propter merita bonorum operum.

Q. 2. An damnati in inferno etiam puniantur infra condignum?

R. dicit Affirmativè S. Th. 1. p. Q. 21. a. 4. ad 1. ubi ita: *In damnatione reproborum apparet misericordia, non quidem totaliter relaxans, sed aliquantulum allevians, dum punit citra condignum.* Hujus aliam rationem dare non possumus quam circumstantiam generalem omnia opera Dei concomitantem conjunctionem justitiæ & misericordiæ, dum vult in omnibus operibus simul manifestare misericordiam & justitiam.

Q. 3. An justis meritoriè operantibus debeat vita æterna ex justitiâ?

R. Suppositâ promissione mercedis vitæ æternæ debet Deus justis vitam æternam ex justitiâ saltem distribu-

tributa, re
 in justis propter
 in alio titulo
 in titulo justitiæ
 dei non possit
 debet esse debita
 peccatorum de
 in merito peccato
 bus juxta Prop
 mens & agite
 vris & non er
 merito peccato
 bus ut corona
 in postquam D
 merito erat deb
 bus aut coron
 in vita æterna
 bus operibus ju
 tum ex justitiâ
 meritum ut
 (de quo alibi)
 commutativa in
 mercedis pro ope
 in juxta propor
 bus præmium i
 Dicitur Deus t
 titulum justitiæ
 debet vim obliget
 tur, non autem
 in igitur Deus si
 in non potest h
 bus ad remunerat
 a. Justitiâ corr
 debet sumi potest
 rationes dati &

tributivâ, ratio est: quia merces vitæ æternæ debetur justis propter bona opera, quæ in Deo sunt facta ex alio titulo quam fidelitatis aut gratitudinis; ergo ex titulo justitiæ: cum alius titulus præter assignatos dari non possit; antecedens probatur: vita æterna aliter est debita justis pro bonis operibus quam remissio peccatorum debita sit pœnitentibus; quamvis enim remissio peccatorum sit à Deo promissa verè pœnitentibus juxta Prophetiam Ezech. cap. 18. v. 30. *Convertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris & non erit vobis in ruinam iniquitas*, attamen remissio peccatorum non est debita ut merces, multò minus ut corona, qualiter justo est debita vita æterna. Item postquam Deus promisit incarnationem verbi, incarnatio erat debita ex fidelitate, & non debebatur ut merces aut corona qualiter propter bona opera justis debetur vita æterna; ergo strictiùs est debita vita æterna pro bonis operibus justorum quam ex solâ fidelitate. Dixi saltem ex justitia distributivâ quia videtur in retributione meritorum utraque justitia intervenire si non formalis (de quo alibi) saltem eminentialis: justitia quidem commutativa in quantum fit quædam commutatio mercedis pro opere bono, distributiva autem, in quantum juxta proportionem bonorum operum majus vel minus præmium in retributione datur.

Dicitur. Deus non est capax obligationis justitiæ quia debitum justitiæ ex alio trahit originem, & ex alio habet vim obligendi ex illo vid. cui debetur & est creditor, non autem ex illo, qui debet & est debitor; cum igitur Deus sit incapax alicujus dependentiæ à creaturâ non potest habere debitum legale justitiæ astringens ad remunerationem meritorum.

R. Justitia commutativa idem est de distributivâ dupliciter sumi potest primò pro virtute quæ est inter commutationes dati & accepti, in quibus unus dat, quod
suum

suum est, quod priusquam dat; nullo modo est in alterius potestate & Dominio, & similiter ab eodem accipit quod antea non erat suum sed alterius & in quibus uterque privat seipsum proprietate in quantum commutat, aut si iustitia spectetur, secundum quod ita est inter duos, ut ex nullâ parte supponat gratiam alterius, neque illi innitatur, in hoc sensu non reperitur in Deo iustitia commutativa (dicta videtur requirere iustitia commutativa formaliter talis) nec ex titulo tali iustitiæ debet Deus iustis vel iustorum bonis operibus mercedem vitæ æternæ: quia Deus à nullâ profus creaturâ potest accipere id, quod antea non erat suum, neque potest dici aliquid dare, ut suum esse definat ac seipsum privet Dominio, sed nec ullum bonum habet homo, quod non gratis à Deo accipiat, unde sequitur omnes actiones bonas iustorum supponere gratiam Dei. Secundò iustitia sumi potest non in tanto rigore sed seclusis imperfectionibus, quas involvit iustitia commutativa, & in hoc sensu propriè inter Deum & hominem est iustitia commutativa, quâ Deus propriè debet atque etiam reddit mercedem pro bonis operibus videlicet strictiore titulo quam fidelitatis.

Q U Æ S T I O III.

An gratia sit principium meriti?

Suppono Gratia sanctificans facit quidem opus meritorium, sed solum ut principium remotum: quia est habitus essendi constituens hominem in esse Deiformi & elevans eundem in altiore naturam, vi cuius est idoneus, ut per virtutes à gratiâ derivatas tanquam per principia proxima possit operari meritoriè. Queritur ergo per quas virtutes gratia sit principium meriti.

DICO. Meritum vitæ æternæ primò pertinet ad charitatem ad alias autem virtutes secundariò, secundum

quodam
Q. 114. 4.
Explicatur &
ordinatio
ordinatur
verò virt
vitæ ætern
principalis o
majorem ha
actus charitati
tis & beatitud
ad quam per
num actus
te quo sequit
meritoria vita
operio Charit
acquistæ: q
gratia & ex gra
meriti sit req
114. 1. Ut op
quod sint à
nostra merit
tionâ finitè di
num à Charita
sit à personâ
N. conseq
personæ verbi
num est princip
sunt suppo
le habet ad ope
non vident
gratiâ: qu
& ordinatione

adum quod earum actus à charitate imperantur, S. Th. hic Q. 114. a. 4. O.

Explicatur & probatur conclusio: meritum dependet ex ordinatione Dei; atqui actus charitatis principaliter ordinantur à Deo ad beatitudinem consequendam, aliarum verò virtutum actus secundario ordinantur ad finem vitæ æternæ obtinendæ: quia illa virtus magis & principalius ordinatur à Deo in finem, quæ cum fine majorem habet connexionem, ejusmodi autem est actus charitatis, cum opus faciendum Deo, qui est finis & beatitudo nostra, sit proprius actus charitatis, ad quam pertinet in Deum tendere, & aliarum virtutum actus ad finem æternæ beatitudinis ordinare.

Ex quo sequitur: quod omnia hominis iusti opera sint meritoria vitæ æternæ, quæ actu vel virtute fiunt ex imperio Charitatis, sive sint actus virtutis infusæ, sive acquisitæ: quia talia opera fiunt ex Deo, hoc est in gratia & ex gratia, sicque nihil deest quod ad rationem meriti sit requisitum.

Obj. 1. Ut opera Christi sint infinite meritoria sufficit, quod sint à personâ infinite dignâ; ergo ut sint opera nostra meritoria præmii finiti sufficit, quod sint à personâ finite dignâ; atqui quamvis opus non sit imperatum à Charitate, est tamen à personâ finite dignâ, cum sit à personâ Deo gratâ per gratiam sanctificantem.

R. N. consequentiam: disparitas est: quod dignitas personæ verbi influit in actiones Christi; quia suppositum est principium quod operationum: cum operationes sint suppositorum, at dignitas gratiæ materialiter se habet ad opera quæ non sunt à charitate imperata, ideoque non videntur illa ullo modo affici aut dignificari à gratiâ: quandoquidem non fiunt secundum vim & ordinationem gratiæ, sed secundum conditionem

nem naturæ, ideoque ad meritum de condigno non sufficit dignitas personæ ex gratiâ habituali, sed requiritur dignitas operis, quæ non habetur nisi procedat opus à charitate vel alio habitu virtutis infusæ à gratiâ dimanantis.

Obj. 2. Christus promittit vitam æternam danti potum aquæ frigidæ; ergo justus absque ullâ ordinatione charitatis poterit mereri vitam æternam.

R. Vita æterna simpliciter non promittitur ei, qui dederit potum aquæ frigidæ, sed illi qui illum porrexit in nomine discipuli seu discipulo tanquam discipulo, & consequenter ex charitate magistri ut patet ex toto contextu Mar. 9. *Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis; id est ex amore Christi.*

Q. 1 Qualis requiritur relatio Charitatis in Deum ut opus aliquod sit meritorium?

R. In hâc quæstione, quæ maximi est momenti, unde pender fructus operum nostrorum, quatuor sunt sententiæ, quæ suam habent probabilitatem.

Prima requirit actualem relationem operis per charitatem ad Deum ut opus sit meritorium, quæ sententia minùs probabilis est: cum, ut aliquid fiat ex charitate, sufficiat, quod procedat ex imperio virtuali charitatis.

Secunda sententia tenet sufficere ad meritum relationem habituales operis in Deum, ac proinde omne opus bonum hominis justii meritorium esse apud Deum hoc ipso, quod justus per habitum charitatis ità habitualiter sit affectus, ut omnia in Deum referat. Hæc sententia est etiam minùs probabilis, quia ad opus meritorium non sufficit, quod procedat à personâ Deo gratâ: aliàs etiam peccata venialia essent meritoria, sed requiritur, ut opus procedat ex gratiâ, quod sine relatione vel actuali vel virtuali charitatis aut alterius virtutis infusæ esse non potest.

Tertia

Tertia sententia tenet: omnia opera de condigno mereri non possunt nisi per charitatem infusam hanc sententiam non habet: Nihil dicitur; quomodo in Deo sunt facta: non suo etiam tempore: insequendam vero: opus dicitur in Deo fuerint factum: rationem...: opus hominis: non ut opus sit habituali median: procedens est in: admodum primum: videtur articulos: videtur vitam æternam, offerre: nullus actus charitatis: seu cuius virtute e: gratiam sunt tan: religiose, omni: meriti, cum ni: meritorum op: debet.

Quarta verior est: meritum omnino: charitate non eli: d Deum per char: operis nostri cit: meritoria, etc.

Tertia sententia duabus præcedentibus probabilior tenet : omnia opera bona hominis iusti esse meritoria de condigno vitæ æternæ, dummodo in Deum velut finem supernaturalem saltem virtualiter referantur sive per charitatem sive per aliam virtutem infusam, fundatur hæc sententia in Trid. sess. 6. de justif. cap. 16. ubi ita : *Nihil ipsis justificatis amplius deesse credendum est ; quominus plenè illis quidem operibus, quæ in Deo sunt facta, divina legi satisfacisse & vitam æternam suo etiam tempore, si tamen in gratiâ decesserint, consequendam verè promeruisse censeantur & Can. 26. Si quis dixerit iustos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta expectare & sperare æternam retributionem. . . . Anathema sit.* In quibus locis Trid. ad opus hominis iusti meritorium plus non requirit, quam ut opus sit in Deo factum ; atqui opus ex gratiâ habituali mediante aliqua virtute supernaturali infusa procedens est in Deo factum ergo est sufficiens ad merendum præmium vitæ æternæ. Unde juxtâ Sylvium credere articulos fidei ideò, quia sunt revelati à Deo, sperare vitam æternam velut bonum iustis à Deo promissum, offerre sacrificium vel gratias agere, etiamsi nullus actus charitatis præcesserit, qui tunc perduret seu cujus virtute exercentur, sed per spiritus sancti gratiam fiant tantum ex virtutibus illis, fide, spe, religione, omninò asserendum videtur : quod sint meritorii, cum nihil eorum quæ Trid. requirit, ut justificatorum opera sint meritoria vitæ æternæ ipsis deest.

Quarta verior est omninò in praxi tenenda : requiri ad meritum omnium bonorum operum seu actuum, qui à charitate non eliciuntur virtualement saltem relationem ad Deum per charitatem. Probatur expressis verbis Præceptoris nostri cit. Q. 114. a. 4. ad 3. *Fidei actus non est meritorius, nisi fides per dilectionem operetur ut di-*

cur ad Gal. 5. Similiter etiam actus patientie & fortitudinis non est meritorius, nisi aliquis ex charitate hæc operetur. Favent loca script. 1. Cor. 10. v. 31. Si-ve manducatis, si-ve bibitis, si-ve aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite Coloss. 3. v. 17. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere omnia in nomine Domini Jesu Christi. Gal. 5. v. 6. In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet neque præputium sed fides, quæ per charitatem operatur.

Rationes etiam suffragantur 1. Deus non tam opus hominis, quam affectum operantis attendit, affectum scilicet submittentis se erga Deum velut summum bonum & supremum Dominum; affectus autem plenæ subjectionis erga Deum solius charitatis actus est. 2dò communis ratio meriti postulat, ut opus in alterius gratiam fiat, perfectè & simpliciter nullum opus in gratiam Dei fit, nisi actu Charitatis interveniente, quæ virtus sola in Deum tanquam finem ultimum tendit. 3tò. Rationi congruum est, ut homo adultus non prius per meritum de condigno ad suam ultimam beatitudinem ordinetur, quam homo seipsum ad Deum ultimum finem suum ordinet, sibi que suum summum bonum ac propriam beatitudinem velit, id autem fit per solum affectum charitatis. 4tò. Sine actu charitatis formali vel virtuali non conciliatur gratia extrà Sacramentum ad minus; ergo nec gloria quæ plus est quam gratia. 5tò. Primam gratiam homo per alios virtutum actus non acquirit; ergo nec secundam nec augmentum gloriæ.

Q. 2. An actus hominis justi ex charitate procedentes non tantum quoad relationem charitatis, sed etiam secundum se & secundum suam specificam rationem sint meritorii præmii essentialis?

R. Sententia affirmativa est probabilior & probatur ex Script. quæ non solum charitati, sed etiam ipsis ope-

verbis et charitate
 attribuit Mach. 1.
 operis enim & charitatis
 Cor. 9. v. 6. loqu
 imus, parit & n
 esse proprie propriam m
 ab omni. Ratio est
 charitatis secundum
 uti, attamen accet
 tum se ac in ordine
 & quali elev
 ut tota ejusmodi
 relatione & denot
 dei supernaturali
 virtutibus magis f
 affectu Cha
 promoveretur
 benedictio 100. i
 Q. 3. Quæ con
 a. Sequentes 1
 operantis quæ
 S. Th. 2. 2.
 opera si illa ab ip
 ab caritate impu
 & respicit opera
 id est, quæ intensi
 charitatis est meriti
 quæ. Dignitas per
 quæ enim sanctior
 magis est meritum
 species, quæ rati
 Theologicæ, quæ
 Theologicarum m
 1. 1. Theol.

operibus ex charitate factis meritum æternæ beatitudinis tribuit Matth. 25. *Venite benedicti Patris mei...* *Esurivi enim & dedistis mihi &c.* Ità etiam Apostolus 2. Cor. 9. v. 6. loquitur de Eleemosynis : *qui parçè seminat, parçè & metet &c.* 1. Cor. 3. v. 8. *Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Ratio est : quia licet actus secluso imperio charitatis secundum propriam rationem non sint meritorii, attamen accedente imperio charitatis etiam secundum se ac in ordine ad proprium objectum dignificantur, & quasi elevantur ad ordinem supernaturalem, ità ut tota ejusmodi actûs bonitas non tantum extrinsecâ relatione & denominatione sed etiam intrinsecè possit dici supernaturalis & opus ex objecto melius cæteris paribus magis sit meritorium : aliàs enim stante æquali affectu Charitatis non majus præmium essenziale promereretur virginitas quam matrimonium, Eleemosyna 100. imperialium quam unius oboli.

Q. 3. Quæ conditiones augent meritum operis :

1a. Sequentes **1ma.** major præsumptitudo & firmitas operantis quæ inter tentationes maximè innotescit juxtà S. Th. 2. 2. Q. 1. a. 10. ad 3. **2da.** Difficultas operis si illa ab ipso objecto & operis præstantiâ vel ab extrinsecò impulsu proveniat, non verò si ex defectu & tepiditate operantis oriatur S. Th. hic Q. 114. a. 4. ad 2. **3tia** intensio actus : quo enim actus est intensior, eò majus est meritum. **4ta.** Libera continuatio actus. **5ta.** Dignitas personæ operantis afficiens ipsum actum : quo enim sanctior est persona dignificans actum, eò majus est meritum. **6ta.** Bonitas secundum se & suam speciem, quâ ratione major est bonitas actus virtutis Theologicæ, quam moralis, inter actus virtutum Theologicarum melior est actus charitatis.

QUÆSTIO IV.

An homo sibi & aliis possit mereri primam gratiam.

PRÆter gloriam æternam & augmentum gratiæ sunt alia bona supernaturalia ut auxilia gratiæ actualis donum perseverantiæ, de quibus in præsentî quæritur : an cadant sub meritum ? pro quo,

Supponendum : quod meritum de congruo sit duplex aliud est strictè congruum, aliud latè congruum : strictè congruum dicit aliquam congruentiam ex parte merentis fundatam in amicitia merentis & retribuētis : ita ut in hujus congruentia non attingatur ratio meriti de condigno in comparatione ad id, quod mereri dicitur. Congruum latius dictum non involvit fundamentum congruentiæ ex parte merentis, quamvis ex parte operis aliqua congruentia reperiatur, ut remunerans ex sua misericordia aliquid retribuatur facienti tale opus. Exempla sunt homo justus à Deo petit aliquid, congruum est, ut Deus suo amico id largiatur, quod ab eo petitur. Exemplum congrui latius dicti est : homo peccator per auxilium gratiæ facit aliqua opera justificationem præcedentia, quibus remotè se disponit ad gratiam sanctificantem, opera illa, cum procedant ex auxilio prævenientis gratiæ, congruitatem quasi accipiunt respectu gratiæ sanctificantis consequendæ ex misericordia Dei. hoc notato.

DICO. I. *Nullus potest sibi mereri primam gratiam*
S. Th. hic, Q. 114. A. 5. O.

Probatursi homo posset de condigno mereri primam gratiam habitualem, id posset fieri vel per actum elicitem antequam habeatur gratia, vel per actum elicitem quando habetur gratia ; neutrum fieri

fieri potest ; ergo non potest homo sibi mereri de
 condigno primam gratiam. Probatur Mi. impri-
 mis non per actum elicitem, antequam habeatur
 gratia : quia talis actus non est proportionatus ad
 merendum de condigno : cum ad hanc proportio-
 nem requiratur, ut actus ab ipsâ gratiâ habituali pro-
 cedat, utpote à quâ velut à radice virtutum opera
 dignitatem & valorem merendi obtinere debent.
 Deinde non potest etiam de condigno mereri pri-
 mam gratiam habitualem per actum posteriorem
 gratiâ : quia actus infusionem gratiæ consequens
 est à gratiâ velut à principio ; ergo hic actus non
 potest esse meritorius gratiæ, consequenter nec gra-
 tia cadere sub meritum : alias enim esset principium
 meriti & non esset, esset ut supponitur ; non esset :
 quia, quod est terminus meriti, non potest esse
 principium meriti, illud autem quod cadit sub me-
 ritum, est terminus meriti, unde patet disparitas,
 quæ est inter primam gratiam & primam gloriam,
 prima gloria non est principium meriti sed ejusdem
 terminus, prima verò gratia est principium omnis
 meriti.

DICO. 2. Merito condigni nullus potest mereri al-
 teri primam gratiam, nisi solus Christus . . . sed meri-
 to congrui potest aliquis alteri mereri primam gratiam
 S. Th. hic. Q. 114. A. 6. O.

prima pars explicatur & probatur : nullus præ-
 ter Christum potest de facto alteri mereri de condig-
 no primam gratiam : quia ut aliquis de facto alteri
 mereatur de condigno primam gratiam, debet ad
 tale meritum à Deo esse ordinatus per gratiam san-
 ctificantem : cum meritum de condigno apud Deum,
 supponat ordinationem divinam per gratiam ; atqui
 nullus præter Christum per gratiam sanctificantem
 aliter, quam in propriam salutem, est ordinatus,

Christus autem, eo ipso quod sit caput Ecclesie & author salutis humanæ, accepit gratiam capitis non tantum ut ipse perveniret ad gloriam vitæ æternæ sed etiam ut alios homines adduceret ad vitam æternam.

Secunda pars : quod possit homo justus peccatori de congruo strictè sumpto mereri primam gratiam & vitæ conversionem probatur : quia justus, qui adimplet voluntatem Dei habet congruitatem, ut secundum amicitie proportionem Deus adimpleat voluntatem illius in alterius sanctificatione juxta illud Ps. 144. v. 19. *voluntatem timentium se faciet.* Ergo supposito, quod justus aliquod bonum opus dirigat ad obtinendam alteri salutem, & peccator gratiæ obtinendæ non ponat obicem, poterit apud Deum alteri de congruo mereri primam gratiam.

DICO. 3. *Nullus potest sibi mereri reparationem post lapsum futurum neque merito condigni neque merito congrui S. Th. hic Q. 114. A. 7. O.*

Probatur : Si posset homo de condigno vel de congruo strictè dicto sibi post lapsum mereri primam gratiam vel reparationem post lapsum vel mereretur reparationem post lapsum per opera facta ante lapsum vel per opera facta post lapsum, sed neutrum dici potest : non quod mereatur per opera facta post lapsum : quia hæc sunt opera hominis extrà statum gratiæ & amicitie divinæ existentis ; non etiam quod mereatur per opera facta ante lapsum, quia opera antecedentia lapsum mortificantur per peccatum, eorumque valor meritorius suspenditur quousque per penitentiam reviviscat, ergo non potest homo merito de condigno vel congruo propriè dicto sibi mereri primam gratiam vel reparationem post lapsum.

Si dicas : quod illud homo justus in gratiâ constitutus apud Deum de congruo mereatur , quod à Deo per orationem petit ; atqui homo justus rectè à Deo petit reparationem post lapsum , si forsitan in peccatum mortale ceciderit : ad exemplum Psalmistæ pl. 70. v. 9. *cum defecerit virtus mea ne derelinquas me* , ergo potest homo justus de congruo strictè dicto sibi promereri reparationem post lapsum

R. Quod homo justus de congruo mereatur id, quod à Deo petit, si nihil interveniat, quod rationem meriti impediat, eo ipso autem, quod homo in statum peccati mortalis devolvatur, impeditur, ne petitio facta à justo, dum adhuc erat in statu gratiæ, effectum habeat meriti de congruo ; interim tamen piè fiunt opera bona ex hac intentione : quia licet homo reparationem à lapsu mereri nequeat neque de condigno neque de congruo strictè dicto, solet tamen Deus nonnunquam propter talia opera misereri lapsis in peccatum mortale, aut punitionem peccati suspendere.

DICO. 4. *Perseverantia via non cadit sub merito*
S. Th. l. cit. A. 1. O. five.

Nullus homo quantumvis justus secundum ordinariam & communem Dei legem potest de condigno sibi mereri perseverantiam, est de fide & constat ex Trid. Sess. 6. de justif. cap. 13. ubi ità ; *de perseverantia munere, de quo scriptum est Matt. 10. v. 22. qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit, quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est eum, qui stat, statuere, ne perseveranter stet, & eum qui cadit, restituere ; nemo sibi certi aliquid absolutâ certitudine polliceatur : tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare & reponere omnes debent.* quibus verbis perseverantia

speciali Dei dono tribuitur, ac ipsos justos non tamen certos esse de dono perseverantiæ asseritur; quod tamen esset, si donum perseverantiæ caderet sub meritum. Thomistæ hanc partem probant hac ratione: quod pertinet ad principium meriti, non cadit sub merito de condigno; sed donum perseverantiæ pertinet ad principium meriti: quia conservatio formæ, quæ nihil est aliud, quam continuata formæ productio, pertinet ad productionem formæ: perseverantia autem nihil aliud est, quam conservatio gratiæ semel infusæ; ergo perseverantia pertinet ad beneficium primæ gratiæ ac consequenter ad principium meriti. *Ratio efficacior* videtur esse hæc: id non cadit sub meritum de condigno, de quo nulla est promissio neque ulla infallibilitas, sed de perseverantiâ finali nulla est Dei promissio, neque ulla infallibilitas: cum multi justificati post adeptam gratiam cadant in peccatum mortale, si vero justus de condigno mereatur perseverantiam, non posset amplius saltem potentiâ consequente per peccatum excidere ex gratiâ, quod contrariatur fidei: cum in Clem. ad nostrum 3. de hæret. damnentur illi, qui dicebant: justum viâ communi & ordinariâ adeo proficere posse, ut reddatur impeccabilis; interim videtur, quod per absolutam Dei potentiam fieri possit, ut homo de condigno mereatur perseverantiam: quia cum in meritis bonorum operum sufficiens dignitas & proportio reperiatur ad promerendam vitam æternam, etiam sufficiens dignitas & proportio erit ad promerendam perseverantiam, quæ est medium ad obtinendam vitam æternam, si Deus merita ad hunc finem ordinare & acceptare velit, nec cum statu hujus viæ repugnat certitudo de dono perseverantiæ, impeccabilitatis

bilitatis & confirmationis in gratâ ut patet in B. V. & Apostolis.

DICO. 5. *Si temporalia bona considerentur, prout sunt utilia ad opera virtutum, quibus perducimur in vitam æternam, secundum hoc directè & simpliciter cadunt sub merito... si autem considerentur hujusmodi temporalia bona secundum se... ita non simpliciter cadunt sub merito S. Th. loc. cit. A. 10. O.*

Probatur 1ma pars: Qui potest de condigno mereri finem potest etiam de condigno mereri media conducentia ad finem; sed etiam bona temporalia sunt media conducentia ad finem vitæ æternæ, ad quam à divinâ providentiâ ordinantur, & nisi ad hunc finem à Deo ordinentur & à nobis applicentur, sunt magis nociva quam utilia, ergo bona temporalia prout substant huic ordini possunt cadere sub meritum de condigno, sub quo cadit ipse finis: vita æterna, quemadmodum sub hâc ratione sunt effectus prædestinationis.

Probatur 2da pars: Inter meritum & præmium debet esse proportio; sed inter actum supernaturalem, qui est meritum & inter bona temporalia nulla est proportio; quia bona temporalia sunt longè inferioris ordinis; ergo non cadunt sub merito; accedit quod bona temporalia quantum ad substantiam sunt justis & peccatoribus communia & tantum quo ad finem sunt justis propria, sed peccatores eadem bona non habent ex merito nec de condigno nec de congruo; quia omne meritum fundatur vel in titulo justitiæ, si sit meritum de condigno, vel in titulo amicitiae, si sit meritum de congruo strictè dicto; atqui operibus moraliter bonis factis in statu peccati mortalis uterque titulus deficit; in primis non adest titulus justitiæ; quamvis enim bona

temporalia sint in eodem ordine naturali cum bonis operibus, nulla tamen adest promissio divina remunerandi hæc bona opera per bona temporalia; non adest etiam titulus amicitiae: cum peccatores sint inimici Dei. Interim tamen fatendum est, quod Deus impiis propter aliqua bona moralia ut eleemosynas, administrationem iustitiae &c. tribuat bona temporalia, & eosdem gloriosos facit in hoc sæculo, quos in altero sæculo reservavit æterno supplicio.

Q. 1. an merita nostra per peccatum mortificantur & per recuperatam gratiam reviviscant?

R. In primis opera nostra meritoria per peccatum mortale mortificantur: quia opera quæ in statu gratiæ & charitatis facta eò quod ex charitate vel formaliter vel virtualiter procedant, habebant virtutem & efficaciam perducendi ad vitam æternam, per peccatum subsecutum mortale mortificantur: quia illa virtus meritorum perducendi hominem ad vitam æternam per peccatum impeditur; attamen sublato per pænitentiam & justificationem peccatoris hoc impedimento peccati opera illa meritoria ante peccatum facta, & per peccatum mortificata reviviscunt: hoc est: recuperant efficaciam hominem perducendi ad vitam æternam, ita quod Deus propter bona olim in charitate facta iterum velit dare gloriam, quam antea si peccatum mortale non impedivisset; dedisset. Est veritas fidei definita à Trid. Can. 32. Sess. 6. de justif. ubi ad hoc, ut bona opera in gratiâ aliquando facta habeant efficaciam perducendi hominem ad vitam æternam, solum requirit decessum in gratiâ; ergo etiam bona opera in gratiâ facta per peccatum mortale postea impedita, dum gratia recuperatur & in gra-

gratia quis discedit, merentur vitam æternam. verba Trid. 1. cit. sunt, *Justificatum bonis operibus, qua ab eo per Dei gratiam & Jesu Christi meritum, cujus vivum membrum est, sunt, mereri augmentum gratia & vitam æternam ipsiusque vita æterna, sed tamen in gratiâ decesserit, consecutionem.*

Q. 2, Qualiter merita per peccatum mortificata & per pœnitentiam resuscitata gratiam & in alterâ vitâ gloriam correspondentem causent?

R. Variæ sunt sententiæ Theologorum in hac difficultate explicandâ, omnes tamen incertæ: prima sententia apud recentiores communis docet merita mortificata per pœnitentiam reviviscere non tantum ad totam gloriam sed etiam ad totam intensiorem & augmentum physicum gratiæ ante peccatum obtentæ; rationem dant; quia præmium gloriæ crescit juxtâ mensuram & qualitatem gratiæ: cum gratia sit semen & radix gloriæ; ergo merita non reviviscunt ad totum præmium essentielle, nisi pariter reviviscant ad gratiam. Hic modus explicandi est quidem favorabilior: cum peccator hoc modo, in quacunque dispositione etiam remissâ resurgat, omnes gradus gratiæ & charitatis quamprimum recuperet; at non videtur concordare cum doctrinâ S. Th. 2. 2. Q. 24. A. 6. O. Ubi docet: quod habitus charitatis & gratiæ actu non augeantur nisi per actus intensiores, ad 1. hæc habet verba: *quilibet actus charitatis meretur charitatis augmentum Non tamen statim augetur, sed quando aliquis conatur ad hujusmodi augmentum ex quibus ita arguitur: qui resurgit in remissiori & minori pœnitentiâ, non conatur ad augmentum totum gratiæ & charitatis & consequenter non habet physicam dispositionem proportionatam priori gratiæ; ergo neque is recipit habitum gratiæ*

in eâ intensione , in quâ illum prius habuerat.

Secunda sententia sustinet : quod merita per pœnitentiam totaliter quidem non tamen in ordine ad physicam entitatem gratiæ statim post justificationem conferendam , sed in ordine ad totum præmium essentielle debitum ante statum peccati reviviscant : quia gratia in esse physico qualitatis nunquam crescit, nisi crescat dispositio , quæ non crescit, dum homo per remissioem pœnitentiam resurgit. Restat igitur ut gratia crescat in esse gratiæ in quantum homo justificatus acceptatur ad majorem gratiam & gloriam propter præcedentia merita suo tempore conferendam , hic modus explicandi , quia est conformior doctrinæ S. Th. à pluribus Thomistis sustinetur.

Tertia sententia docet, merita mortificata semper reviviscere ad aliquod augmentum gloriæ & gratiæ , non tamen ad augmentum physicum gratiæ prius habitæ , sed juxta proportionem præsentis dispositionis : ita ut , si ante peccatum habuisti 10. merita quorum quodlibet erat intensum ut 10. si resurgas per gratiam intensam ut duo computatis utrimque gradibus gratiæ acquiras gratiam intensam ut 2 ; rationem dant : quia actus pœnitentis , qui justificatur , non tantum est dispositio ad gratiam justificationis , sed etiam ad gratiam reviviscentem ex præcedentibus meritis. In adducto igitur exemplo per dispositionem ut duo accipit gratiam justificationis ut duo & ratione ejusdem dispositionis ut duo duos gradus gratiæ reviviscentis. hæc sententia peccatores excitat , ut cum majori fervore remedio pœnitentiæ utantur.

Quarta demum sententia docet , quod non propterea merita mortificata reviviscant , quod prop-

propter merita mortificata pœnitenti accrescit novus gradus gratiæ & gloriæ præter illum, quem habet intuitu præsentis dispositionis, sed quia gratia & gloria præsentis dispositioni commensurata incipit etiam deberi propter merita per peccatum mortificata, sed hic modus videtur nimium torquere verba Scripturæ & Conciliorum; illa enim in veritate significant talem reviviscentiam meritorum, in quâ recuperatur præmium amissum, resarciuntur damna præterita, redit meritis mortificatis sua vis & efficacia perducendi hominem ad vitam æternam, quæ vix nominatenus salvantur, Si iisdem meritis nihil de gratiâ & gloriâ perditâ tribuatur. Sed de hoc alibi latius. Dicta verò in primam secundæ sufficient, & utinam ad majorem Dei ter optimi gloriam B. Virginis Dei Parentis omniumque cælitum singulariter aquinatis Doctoris honorem & studentium utilitatem cedant, quæcunque verò tum præmissa, tum ulterius secutura irrefragabili Ecclesiæ judicio sint subjecta, à cujus sensu alienum si quid fortè exciderit, expressissimè non dictum habeatur.

F I N I S.





